



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De co[n]uersione sancti Pauli apostoli. Cap[itulum]. xx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

disbus in pedibus eius. Deinde numeriano est
hibitus cum de alijs xpianis interrogaretur: re-
uelavit tres habere spirituales filios a se in fi-
de doctos: scz vrbannum: prelidanum: et epollo-
num: quoru primus erat annorum .xij. secundus
ix. tertius .vij. Quos omnes mox imperator cum
matre theodola comprehēdit iussit. Qui dñi oēs
xp̄m confiteretur. Primo quidē theodolā ala-
pis cesam: tormentis filiorum adhibendis assi-
stere fecit: vt grauius ipsa mente q̄ illi corpore
torqueretur: et pueros in cathomo leuari man-
dauit: ac priorū plagas .xij. inferri: secundo .ix.
tertio autē .vij. iuxta numerum annorum suo-
rum: quos mater cum episcopo viriliter confor-
tabant. Deinde babilā vna cum infantibus sus-
spensos et grauius tortos. Dum omnia constā-
tissime tolerassent: et xp̄m vnanimiter confiterē-
tur: gladio animaduerti precepit: quoru corpo-
ra sancta theodola sepeliuit. .iij. kal. februarij.
De sanctis Maronio et Musone
et socijs martyribus Cap. xij.

Maronius muson
egenus: et marcellus martyres
apud zencoccesaream ciuitate
mauritanie p̄uicie passi sunt.
Quos omnes detentos et in xp̄i

cōfessione p̄siteres iussit iudex ignibus tradi:
et eorum reliquias in ausum fluitum dispergi:
vt xp̄iana sepultura carētes: a fidelibus mini-
me nominibus martyrum colerentur: qui passi
sunt. .ix. kalen. ianuarij: vt dicit ado.

De cōuersione sancti Pauli
apostoli. Cap. xij.



Conuersio sci
pau-
li apostoli facta est eo
dem anno: quo christus
passus est et stephanus
lapidatus: anno scilicet
non naturali: sz emer-
gētī. Nam xp̄s passus
est. .viii. kalen. aprilis.
Stephanus eodē an-

no. .iij. nonas augusti lapidatus est. Paulus ho-
mense ianuario subsequēte cōuersus est. Et ce-
lebratur autē eius conuersio potius q̄ mul-
torum sanctorum triplici ratione. Primo pro-
pter exemplum: vt nullus quantūcūq; peccator
desperet de venia q̄ tantū in culpa rale cōspi-
cit: postmodum fuisse in gratia. Secundo p-
pter gaudium: vt sicut ecclesia magnam tristi-
tiam habuit in eius cōuersione: ita maximā
leticiam habuit in eius conuersione. Tertio
propter miraculū: quod dominus in eo ostē-
dit. Dum de seuisimo p̄secutore fecit fidelissi-
mum predicatorem. Eius autē conuersio fuit
miraculosa ratione christi efficientis: modi di-
sponētis: et pauli patientis. Rome xp̄i efficien-

tis: quia sibi ostendit suam mirabile potētiam:
sapientiam: et clementiam. His enim tribus ar-
gumētis animalia per homines capiuntur. Quod
si fuerit enim homines animalia capere. Per
potētiam cum eis pugnando: sicut in venatio-
nibus capiuntur leones et vici. Per sapientiam
illaqueando: sicut laqueis et decipulis capiunt
aues. Et per clementiam nutriendo et confo-
uendo: sicut animalia que parua recipiuntur
de nido: et per homines enutrita domestica fi-
unt: et cum eis habitant. Cepit ergo christus
paulum per potētiam ipsum impugnando et ad
terram prostrando. Nam vt dicitur Actuum .ix.
luce diuina percussus: cadens in terram audi-
uit vocem de celo: quia durum sibi esset contra
stimulum calcitrare. Et continuo immutatus
respondit. Domine quid me vis facere. vnde cō-
tatur de illo. Prostratus seuisissimus persecutor
et erectus est fidelissimus predicator. Item ce-
pit eum per sapientiam: eidem decipulam in-
firmiū humanē ostendendo. Non enim deū
vel dei filium se dixit: sed hominem appella-
uit dicens. Ego sum Iesus nazarenus quem
tu persequeris: vt infirma humilitatis aspici-
ens et superbie squammas deponens diuinita-
tis laqueo caperetur. Sicut et alias: sed ad ali-
um finem diabolus ceperat ostendens huma-
nam infirmitatem: et abscondens diuinam ma-
iestatem. Item cepit eum per clementiam eū-
dem de nido legis iudaice in qua natus fuerat
accipiendo: et sua per maximā gratia confo-
uendo. Quod notatur ex hoc q̄ ipsum existens
rem in actu et voluntate peccandi conuertit.
Habebat enim difformem affectum: quia spi-
rans minarum et cedis in discipulos. Peruer-
sum conatum: quia accessit ad principem sacer-
dotum .xc. quasi se ingerens. Et perniciosum
actum: quia ibat vt vinctos perduceret in hie-
rusalem. Et ideo eius iter pessimum erat: ipm
tamen diuina misericordia conuertit. Fuit
etiam miraculosa ratione modi disponētis: id
est lucis: que ipsum tripliciter ad conuersio-
nem disposuit: fuit enim ipsa lux subita: immē-
sa: et celsa. Propter primum dicitur et subito:
Propter secundum circumfulsit: id est circum-
quaq; refulsit. Propter tertium lux de celo. Nā
paulus tria virtia in se habebat. Primum erat
audacia: quia accessit ad principem sacerdotū.
Glosa. non vocatus: sed sponte zelo concitan-
te. Secundum erat superbia: quia spirans
minarum. Tertium carnalis intelligentia:
quam in lege habebat: vnde glosa super illud.
Ego sum Iesus nazarenus .xc. Ego deus de ce-
lestibus loquor quem mortuum putas sensu iu-
daico. Ipsa igitur lux diuina fuit. Subita: vt
audacem terreret. Immensa: vt superbum pro-
sterneret. Celsa vt carnalem intelligentiam in
celestem mutaret: vel fuit dispositio hec: in vo-
ce a clamante: in luce resurgente: et in virtute

disponere. ¶ Fuit insuper miraculosa ratione pauli patientis. In quo tam miraculose cōcur rerunt: scz prostratio: obsecratio: et tridua ieiunatio. ¶ Est em̄ p̄strat⁹: vt erigatur: quantū ad depressum affectū. Augustinus. Elsus est emens et factus est credens: elsus est lupus et factus est agnus: elsus est saulus et factus est paulus: elsus est persecutor et factus est p̄dicator: elsus est filius perditionis et erectus est vas electionis. ¶ Et obsecratus: vt illustret quantū ad tenebrosū intellectum: vnde et in illustriū quo māsit cecus: docens fuit euāgelistā. Augustinus. Paulū dico verū athletā xp̄i: doctum ab illo: vinctū de illo: crucifixū cum illo: et gloriosum in illo. ¶ Est in carne maceratus: et vt ip̄a caro disponatur ad bone operationis affectus. Optime em̄ deinceps corpus eius ad oīa dispositū erat. Nam esurire et abūdere sciebat: et vbiq; et in oībus institutus erat oīa omnibus factus: vt omnes xp̄o lucrifaceret. ¶ Vel dicat q̄ in ip̄o fuerit ista tria primo parenti cōtraria. In adam em̄ fuit cōtra deū erectio: oculorū apertio: et sibi veritā degustatio. E contra in paulo fuerunt. Ad terrā prostratio. Oculorū obsecratio. Et cibo: ū subtractio. Fuit autē de tribu beniamin ip̄e paulus oppido ḡscollis: vt ait hieronym⁹ in libro de viris illustribus: q̄ ad septem ecclesias nouē scripsit ep̄stolas. Ad romanos vnam. Ad corinthios duas. Ad galatas vna. Ad ephesios vna. Ad philippenses vnam. Ad coloscenses vna. Ad thessalonicenses duas. Scripsit discipulis suis. Timotheo duas. Tito vna. Philemoni vna. Ep̄stola que legitur ad hebreos an sua fuerit: propter stilicūtoris elegantiam a nōnullis dubitatū est. Ascribunt em̄ eā: alij barnabe: alij luce: pleriq; clementi qui postea pontificalē in vrbe tenuit sedem. Clemen tamē alexandrinus et origenes eius discipulus: eusebius cesariensis archiep̄scopus: pauli fuisse manifeste cōfirmant: qz hebreus et hebreis in proprio scripsit eloquio. Ideo ornati⁹ et cultius scribere potuit quam in extero. Et sic in grecū sonātius transferri potuit ex hebreo. Legunt quidā et aliam eius ep̄istolam ad laodicenses: sed ad nostris explauditur. Fuit autē festū conuersionis pauli die qua ad litterā ab ecclesia celebratur: videlicet octauo kalendas februarij. ¶ Fertur q̄ in muro ciuitatis damasci adhuc erat fenestra: per quam paulus tunc nuper conuersus a fratribus dimissus fuit cum quereretur a preposito regis arache tenēdus: vt habetur actuū. ff. de iur. i. c. xij. quam fenestram sep̄ius saraceni obturarunt ad custodiam ciuitatis: que tamē factomane semper diuinitus aperta inuenta est. Cuius miraculi testes ipsi sunt saraceni qui hoc nostratibus rettulerunt.

¶ De sancto Anania discipulo. Capitulum. xlii.



Ananias discipulus

apostolorum fuit. Cui dominus apud Damascum per visum apparuit: et eisdem mandauit: vt in vicum qui vocatur rectus accederet: et in domū inde saulum

tarsensem quereretur: eiusq; manū imponderet: vt visum reciperet: ac baptizaret: pronuncians ipsum vas electionis futurum: et nomen christi coram gentibus et regibus et filiis israel portaturum. Qui iussu domini ad saulum accessit: manusq; imponens oculos eius aperuit: baptizauit: et cibo refecit. Qui etiam deinde exemplo Pauli ad officium predicationis feruentior effectus est. Ip̄osq; fideliter peracta apud Damascum quieuit in pace: eodem die quo et paulū baptismo genuerat filiū: videlicet octauo kalendas februarij. Hūc ananiam doctor beatus abbas scribit vnum ex septuaginta duobus discipulis christi fuisse: et ab apostolis post pauli conuersionem: damasci ep̄iscopum ordinatū extitisse.

¶ De sancto Proiecto ep̄scopo et martyre. Cap. xliij.



Proiectus ep̄scopus

Auernensis. et martyr: vt ait sigisbertus: tempore cōstantini iunioris martyrium passus est.

Quē dū adhuc m̄ in vtero gestaret: vidit in somnis: q̄ p̄ laetitia ei⁹ egrediebatur filius sanguine rubricatus: qd̄ sibi quidam seruus exponens: predictit et ea filium nasciturum: ipsumq; martyriū coronandum. Natus ergo puer et moribus ac vita insignis effectus: satis iuuenis archidiaconus auernensis ecclesie factus: omnia sua pauperibus erogabar. ¶ Dum autem quadam vice ad illum multi pauperes pro elemosyna conuenissent: et famulus duos socios nummos in sacculo super fuisse nūciasset: ceteris omnibus distributis: effuso sacculo tot nummi reperti sunt: quot pauperes affuerunt: singuliq; singulos acceperunt. Doctus hō ep̄scopo felice eisdem proiectus in ep̄scopatu successit oīni sanctitate et gratia pollens. Dumq; ad regem francorum vocatus esset: ad sanctus Martinum abbatem egrotantem diuertit: eumq; ab infirmitate sanauit: qui cum securus vna secum martyrii gloriam percepit. Nam cum illi visitato rege reuerteretur: et quidam emulsi viri sancti eos insequerentur: martinum quidē abbatem decollauerunt: et purantes se similiter proiectus occidisse redibant. A quo reuocati: postq̄ illum viuētem eorum euasisse manus co-